

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 1999

**Auteur(s) :** Guillaume le Maréchal, Pembroke (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1202-1203]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donations faites aux moines de Longueville par Guillaume le Maréchal, comte de Pembroke, à la suite de l'abandon qui lui avait été fait par eux, à titre d'échange, du Pollet de Dieppe.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Chartes du prieuré de Longueville, de l'ordre de Cluny, au diocèse de Rouen, antérieures à 1204*, Rouen-Paris, Société de l'histoire de la Normandie, 1934, n° XCII, p. 103-104.

## Dissertation critique

1202-1203 (?), datation proposée par p. Le Cacheux.

Texte établi d'après a

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Willelmus Marescallus, comes de Pembroc, assensu et voluntate comitisse Ysabel, uxoris mee, donavi monachis de Longavilla in excambium pro Poleto de Depa quicquid habui in manerio et in riparia de Bevredan sine aliquo retinemento, videlicet pro xiiij libris et xiiij solidis et insuper donavi eis ix libras et vij solidos in molendino meo de Mostiervilers ad perficiendum eis xxiiij libras de quibus xxiiij libris donavi eis lvij solidos pro anima patris mei ad faciendum anniversarium suum ad festum beate Marie Magdalene, videlicet ad procurationem eorum die celebrationis anniversarii. Concessi etiam eis et donavi pro salute anime mee et anime uxoris mee Ysabel et antecessorum et heredum nostrorum et omnium fidelium capellam de Poleto cum ibi constructa fuerit, habendam et possidendam integre, in puram et perpetuam elemosinam. Donavi etiam eis decimam molendinorum meorum de Poleto integre et totam decimam nundinarum cum ibi fuerint et totam decimam fori cum ibi fuerit. Hec omnia eis donavi in puram et perpetuam elemosinam possidendam de me et heredibus meis in perpetuum libere et honorifice et integre et quiete ab omni seculari exactione. Unde precipio omnibus ballivis meis et ministris quod sine omni difficultate omnia predicta eis habere permittant. Ego enim et uxor mea et heredes nostri hec omnia predicta contra omnes eis vuarantizare debemus. Et ut hoc perpetuam obtineat firmitatem presenti carte sigillum meum apposui et appositione sigilli comitisse Ysabel, uxoris mee, corroboravi. Hiis testibus Jordano de Saukevilla, Ricardo de Brevilla, Willelmo Haket, Gilleberto de Estriguil, Willelmo de Herescurt, Willelmo Waleranni, Hugone de Sanford, Johanne de Derleia, Drogone de Trublevilla, Michaele clero comitis, Willelmo de Busseio, Gilleberto Camberleng, Johanne de Herescurt, Osberto Camberleng, Johanne Truhan, Willelmo Sartre, Waltero, Johanne, famulis prioris.